



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

VIII. An baptismus reddat homines impeccabiles?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

drino, negabant baptismo peccata tolli; sed regi dun-  
taxat: teste S. Epiph. *har.* 64.

2. MASSALINI damnatam resuscitarunt; Sed dam-  
nantur & ipsi in Conc. Ori. tali anno 4. 7. Theodo-  
reto *l. 4. de fabulis har.* Alij eandem renouarunt sub  
annum 597. tempore S. Gregorii, vt ipse refert *lib. 9. epist.* 39.

LUTHERANI patitur ac CALVINIANI idem  
asserunt pernicaciter. V. Luthero- *c. p. 3. q. 25.*

PAPISTA. Baptismus stirpitus de-  
let, tollitque peccata; teste multiplice  
Scriptura. Eph. 5. Mundans eam laua-  
cro aquæ in verbo vitæ. Ezech. 36. Mun-  
dabimini ab omnibus inquinamentis vestris.

2. Enimvero, 2. Cor. 6. *Quæ societas  
luci ad tenebras? Quæ participatio iustitiæ  
cum iniquitate? Quæ conuentio Christi ad Be-  
lial? Qui consensus Templi Domini cum ido-  
lo? Vos enim estis templum Dei viui.*

At vero, Sap. 14. *Odio est Deo impius, &  
impietas eius. Pl. 44. Dilexisti iustitiam, &  
odisti iniquitatem.*

Quare delet eam per lauacrum aquæ in  
Verbo vitæ.

### QVÆSTIO VIII.

*An baptismus reddat homines impeccabiles?*

HÆRESIARCH. Dux hic olim hæreses.

I. IOVINIANI; teste Aug. *l. de her. c. 82.* Ba-  
ptizatum esse impeccabilem: siq; peccet; non  
esse tinctum nisi aqua.

Quia, 1. Ioan. 3. *Omnis qui natus est ex Deo, pec-  
catum non facit; quia semen ipsius in eo manet, &  
non potest peccare; quoniam ex Deo natus est.*

II. Anonymi tempore Augustini, vt ait *l. 21. Ciuit. c.  
25.* docebant, baptizatos non posse damnari, etsi per  
diuinitimè viuant: modo ab Ecclesia non desierent.

LUTHERVS Posteriorem in nouauit errore  
Priorem CALVINVS Iouinianizans.

Vide meum Luthero-caluin. *parte 3. quæstion.  
26.*

PAPISTA. Damnata est vtraque  
hæresis: vt Inimica verbo Dei: Refuta-  
taque iam olim ab Hier. & Augustino  
Ipsaque eas refutat experientia; adeo  
multi verè credentes apostatarunt  
Multi apostata resipiscunt, & quando  
que reciduant, Proinde, *qui stat, videat  
ne cadat.*

Nam, 1. Tim. 6. *Radix omnium malorum  
est cupiditas: quam quidam appetentes,  
errauerunt a fide. Gal. 3. O insensati Galatae,  
quis vos fascinauit non obedire Veritati: ca-  
5. Currebatis bene. &c. Euacuati estis à Chri-  
sto, qui in lege iustificamini: gratia excidistis.  
&c. Persuasio hæc non est ex eo, qui vocat vos.  
Qui autem conturbat vos, portabit iudicium  
Ecce gentem apostatricem.*

### QVÆSTIO IX.

*Baptismus Christi, & Ioannis an idem  
fuerint Sacramento &  
efficacia?*

HÆRESIARCH. Petilianus Donatista, teste  
Heuerecius S. Aug. *l. 2. contra literas Petiliani c.  
32. 34. 37.* asseruit Vnum esse vtriusque: quin tres Ba-  
ptismos distinguebat, Ioannis in aqua, Christi in Spi-  
ritu, Paracleti in igne.

LUTHERANI & CALVINIANI, Luthero ex-  
cepto, vnum vtrumque fuisse volunt. Vide in  
meo Luthero-cal. *p. 3. q. 31. 32.*

PAPISTA. Iustum anathema in  
Petilianistas novos intorsit Conc. *Trid.  
sess. 7. Can. 1.*

Nec enim Ioannes baptizabat in no-  
mine S. Trinitatis; quippe cuius ipse  
autor esset:

Sanctus Basilius orat. 13. de bapt. Io-  
annes penitentia baptismum predicabat; Do-